

ptimis alimentis reficeretur, leni & placido exercitio exerceretur, non resolventis, sed excitantis calorem innatum. Lætè & iucundè viueret cum amicis, animique molestias vitaret, somni & quieti indulgeret. Inde enim spero vires esse reficiendas, consuetumque humorem longo fluore exhaustum restituendum. Vnde omnia cessabunt symptomata.

CONSILIVM CCXXI.

De acutissimo dolore ventriculi ex vermibus,
1550. Mense Febr.



OSTQVAM & ego quoque pro ista nobili puella sum aliqua dicturus, vt satisfaciam meo loco, afferā nōnulla, de quibus inter nos constare debet.

Cum verò iam eā nō videamus, ad relata me conféro, ac suppono intemperatūrā caliditatē & humiditatem excedentem: id enim arguebat clariss.

D. ex colore cutis. Dicit eam esse albā, cum colore rubeo, habere capillos albicātes cum quadam

1 citrinitate, & esse carnosā: statuamus ergo fuisse calidam, & humidam secundū naturalē temperiem.

2 Deinde esse in pueritia: Ergo ratione etatis, & tēperaturæ, & habitus corporis arguimus, quòd in ista puella plurima redundet humiditas:

3 habemus etiam hoc ex ratione sexus, quoniam puella, ergo humida. Tria ergo sunt, quę indicant redundantiā humiditatis, & calorē mediocrem, quoniam humiditas ista obtūdit acrimoniam caliditatis. Stantibus his omnib. semper redūdauit, & nunc redundat humiditas in hoc corpore, absque eo, quòd aegrotauit, & consequenter habuit calorem innatū remissum. Suppono aliud, quòd in etate duorum annorum superuenerint menstrua ex loco consueto prodeūtia in pauca quantitate. Suppono tertio, quòd tandem cessauit fluxus istius materiæ rubeæ, & superuenit aliud postea symptoma, quòd isti medici ex ratione tantū crediderunt esse epilepsiam, & hoc ex eo conii-

ciunt, quia apparebat spuma circa os. Audio etiā quòd cōuellebatur, nō tamen certò constat ex relatione Doctoris de conuulsione, quia nihil de ea locutus est. Suppono quarto, quòd tandem cessauerit post aliquas purgationes fluxus iste per vterum, qui sicut exibat per matricem prius, nunc per os, nec amplius per matricē: cui postmodum successit epilepsia, à qua fuit liberata anno præterito per pharmacum. Hoc verò anno vndecimo etatis suæ inuasit eam febris, & ab ea non tantū nō remota est febris, sed ex vna effecta est duplex, quam iudicarunt doctores esse pituitosā, propter vrinas pallefcentes, pulsus raros, vndosos, & paroxysmos singulis diebus inuadentes æqualiter. Et non tantū duplicata est febris, sed accessit etiam aliud symptoma, quòd crediderim esse melācholiā, cum magno clamore absono, & summa exclamatione: & cum interrogaretur, quæ esset causa huius clamoris, respondit, quòd pateretur maximum dolorem circa ventriculum. In reliquis nō imaginatur perperam, nec delirat, nisi in paroxysmo aliquid de scorpionibus imaginatur. Ista omnia sunt, quę circa hanc puellam contigis-

se audio. Stātibus tot symptomatibus primò incipiam à defluxu sanguinis per vterum. Si quis à me quærat, quòd nam nouum genus symptomatis nūquam scriptum, aut auditum ab aliquo, hoc sit. (nunquam enim vidi menstrua rubea in tantilla etate, bene vidi alba in puella 3. & 4. annorū) causa huius noui & tam rari symptomatis fuit dispositio corporis. Nam quia calida & humida à natiuitate fuit, vnde redūdauit sanguine, & apta fuit vt citius prodiret sanguis, quoniā ea caliditas non fuit tanta quæ excoquat, & consumat humiditatē, sed caliditas ista obtusa est ab humiditate redundāte. Vnde oportet, vt plurima excrementa redundēt in ea, & ita natura parat aditū, vt excernat superfluitates per cōueniētes regiones. Verū est, quòd vterus cōueniens locus est menstruis, & cum humida esset, & priuaretur exercitio, ratio ne etiā etatis & temperaturæ habuit causas omnes intrinsecas, quæ potuerunt hoc facere: sed non propterea probabile, cum puellę plurimę habeant easdem conditiones, & maiores quandoquē & tamen menstrua ex illis non erumpunt. Credo difficile esse ponere os in cœlum, tamen si consideramus omnia possibilia, multa possumus dicere circa hæc. Stāte enim naturali hac dispositione, facile est quòd accedant causæ procatartice, vt talia fiant. Potuerunt enim hoc modo aliqua contingere, quę dederunt huic puellę occasionem, vt sanguis in hac etate prodierit. Sed de hac naturali dispositione non loquar plura. Exiuerunt ergo menstrua, vel potius imago menstruorum, videlicet gutturæ quædam sanguinis, & post cessarūt, siue quòd humores crassiores obstruxerint vias illas, præcipuè cum illud esset violentum, facile potuit fieri, vt viis illis obstructis menstrua cessarent, vel quia à mulieribus ipsis fuit suppressum: quia vsæ sunt astringentibus, suppressus est ergo ille fluxus sanguinis post constrictionem. Vbi natura assueta erat excernere sanguinem per illas vias, quę sunt alias, sicut sæpe contingit, vbi flatus per vias inferiores constringitur, tunc per os exit. Arbitror aliquid tale cōtigisse, nā postquam menstrua erant repressa, natura aliam sibi præparauit viam per superius, & per os eiecit ea, quæ per inferiora excerneret, vnde tandem vētriculus habuit plurima signa, cur debiliior esset factus, & consecutum est symptoma, quòd vocarunt Vicentini doctores epilepsiam, quæ ipsam per interualla affligit, & est probabile à ventriculo procedere, propter vapores eleuatos ad cerebrum. Sed dignum est consideratione, an fuerit epileptica, quia subserviet nobis ad sequentia. Clar. doctores, Si volo loqui secundū rationē, non ausim dicere ipsam fuisse epilepticam, quamuis apparuerit spuma circa os: nihil enim audio de cōuulsione. Cōcedatur quòd fuerit cōuulsio, quærat an fuerit epilepsia vera vel motus aliquis, ad quem motū consentiat cerebrum, propter aliquid aliud. Credo quòd circa ventriculum fuerit læsio, quòd quæ ratione ventriculi consentiat cerebrum, vnde sensum & motum amiserit. Quid potuit esse hoc? Porro quòd sit per cōmunicationem, quòd fuerit ratione verum, vnde hanc coniecturam habeam, apparebit ex dictis. Purgata fuit pharmaco, & statim cessauit

11
NB puella
Anorem an
nora men
stua passa
111

1111

Menstrua
ad os conuulsa